# Quarta etas mūdi

## Linea pontificū

Elchias

Azarias filius elchie

Sarayas filius azarie

Josedech

Sophonias

SOphonias ꝓpha nonus duodecim ꝓphetarum Chusi nobilissimi inter hebreos viri filius: ꝓphetauit destructionē hierusalem et reedificationē.

Baruch

BAruch hieremie prophete notarius propheticum librum edidit: in quo cōsolationem de reditu a captiuitate prenunciat.

Hieremias

ISte hieremias ꝓpha sctissimus et ab ipo matris utero sctificatus ex sacerdotib⁹ natus incepit ꝓphare adhuc puer. xiij annoꝝ tpe regis Josie contra hierusalē et tēplū ꝓphizauit aut tē annis. xl. preter hos ꝙb⁹ ꝓphauit in egipto. Ibidez post mltas iniurias sibi illatas apō Taphnas ab eodez pplo lapidibus obrut⁹ occubuit. Eoq; in loco sepult⁹. et qz serpētes fugauerat post mortē eum venerati sunt.

Urias

ISte Urias ꝓpha occisus est a rege ieconia.

Prophate minores

Abacuck

ABacuck ꝓpha in numero duodecim ꝓphetarum decim⁹ ꝓphe spiritu plenus: apud iudeā in precio fuit: ꝓphauit cōtra Nabuchodonosoꝝ et babilonē hec etiā danieli prandiū attulit dum in lacu leonuz esset apud babilonem.

Olda ꝓphetissa

OLda ꝓphetissa fuit uxoꝝ Sellū summi sacerdotis claruit ac ꝓphauit Josie regi et presertim hierosolimoꝝ euersionē ac populi ipius captiuitatem.

Damd.



Ezechiel



Mardocheus



OMnes isti sex cū Joachim rege adhuc pueri in babilonē ducti sunt captiui. Nabuchodonosoꝝ statuā aureā. lx. cubitoꝝ altitudine in campo statuit et cōuocauit oēs principes regionū ad dedicationē statue. et preco dalmabat. Adorate statuā ꝙ nō adorauerit eadē hora mittet in fornacē ignis ardentis. Et adorauerūt oēs preter socios danielis: et accusati sunt ad regē et succensa est fornax septuplū: et missi sunt uincti cū uestib⁹ in mediū fornacis. Uiros autē illos ꝙ miserāt eos interfecit flama ignis. Angel⁹ aūt induxit quasi ventū roris flantē refrigerantē eos. Tūc illi tres uno ore benedicebant deum.

Azahel Anania Azaias



IOsedech pontifex fuit Azarie egressus est quādo transtulit dominus iudam et hierusalem per manus Nabuchodonosoꝝ. Et ductus est cum alijs captiuus in babilonē; dicunt aliqui istum fuisse Esdrā scribam et sacerdotem aut forsan ipsius fratrem.